

Johannes Corfinius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Corfinius, SS.  
Theol. D. Moralium Professor, & Pastor D. Mar. Ad Iusta Exequalia Quae ...  
Magdalenae Lafrentzen/ Viri ... Dn. Joannis Bacmeisteri, Phil. & Med. D. ... relictæ  
viduae A LiberisMoestißimis, Hodie ... Cunctos Cives Academicos ... vocat**

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771917163>

Druck    Freier  Zugang



Corfinius, J.

in

M. Lafrentz. Lorenz

X Bacmeister.

Rostock, 1653.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771917163/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771917163/phys_0002)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771917163/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771917163/phys_0003)

DFG



360

# PROGRAMMA RECTOR UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS JOHANNES CORFINIUS,

SS. Theol. D. Moralium Professor,  
& Pastor D. Mar.

Ad  
*Justa Esequalia*  
Quæ

## MATRONÆ HONESTISSIMÆ MAGDALENÆ LÆGERENZÆ

Viri Clarissimi, Excellentissimi, ac Expe-  
rientissimi,

DN. JOANNIS BACMEISTERI,  
Phil. & Med. D. ejusdemq; Facultatis

Professoris, ac Senioris dum viveret  
bene meriti, reliætæ viduæ

A Liberis Mæstissimis,  
Hodie homin. in Templo B. Jacobi parabuntur,  
Cantus Cives Academicos sedulo Saman-  
ter vocat.



---

ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr. Anno 1653.

32

1. KÖGELIANA  
L. B. G. P. O. P.  
JOHANNES CORINNUS  
M. T. 1733  
JANUS  
M. C. D. A. M.  
1733-1734  
P. H. G. A. M. S. I. E. R.  
P. H. G. M. S. I. E. R.  
P. H. G. M. S. I. E. R.

**R**olixos vitæ annos qui exoptant,  
laboris simul & molestiæ desiderant pro-  
longationem, neq; enim dies decurrit,  
quin nova subinde occurrat molestiarum  
moles. Grandi desiderio mercenarii labo-  
rantes vespertinum exoptant tempus, & horas dinume-  
rant singulas, donec serus vesper ingruat, ut membra la-  
bore fracta grato refocillare queant sopore, quamvis c-  
nim matutinis horis validiores fuerint vires, continua-  
to tamen labore delassantur, itaq; anxiè anhelant ad qui-  
etem. Vitam si accuratius respexerimus, nihil nisi conti-  
nuatam laborum dolorumq; seriem cum mercenariis re-  
periemus, səpius horæ singulæ singulas quoq; trahunt  
molestias. Viventium Genitrix Eva dulcia erat gustatu-  
ra, ut satis ficeret appetui, & palatum recrearet, sed pro-  
melle fel gustavit, & amarulentum miseriæ potum cun-  
ctis etiam propinavit posteris, hinc scaturigo omnium  
afflictionum derivatur, hinc tot laboribus atteritur, tot  
curis distenditur vita, tot irretitur malis, & vanitatibus  
perplexis implicatur, ut mera censenda sit impossibili-  
tas fando omnia recensere. Sunt tamen quibus vitæ a-  
deo afflictæ continuatio quam maximè arridet, quiq;  
vel seros Nestoris expeterent annos, dummodo votis  
frui liceret, quos tamen ad cæcutientes & lippos pro-  
ximè accedere certum est, cum prolixam angoris sibi ex-  
poscant continuationem, qui etenim extremis degu-  
staverint labris vitæ præsentis amarulentia, citissimum  
exitum oppido desiderabunt, & prægratam à detestabili  
vitio.

vitorum servitute liberationemexaminabit enim unus-  
quisq; probè, quod instar exulis inopisq; in hostili com-  
moretur solo, ubi bella quotidiana, ubi calamitatum pro-  
cellæ furunt, ubi vigent infornia maxima. Licet verò  
ubiq; obvia sit tam copiosa calamitatum seges, nihilo-  
minus ab illa vitæ longioris cupidine animus revocari  
vix potest, nisi æterna nos informet veritas, neq; enim  
sordescit rerum fluxaram impuritas, nisi dñina nos alli-  
ciat svavitas. Qui de mundo suat mundana amant, evol-  
vunt desiderant, vix loquela ex ore promitur, vix ulla-  
formatur in mente imaginatio, quæ mundanas cupidita-  
tes nō redoleat. Immo qui à Spiritu regeniti sunt ab hac  
lucta quoq; non sunt immunes, licet enim Spiritus sur-  
sum tendat, caro tamen ab ripitur deorsum, & animos  
grayat, ut minimè ad solam æternam possessionem aspi-  
rire queant: divina ergo manu opus est, quæ splendore  
sui fulgoris mundanas imaginationes ab hoste injectas  
dissipet, ut fugitivarum obliviscantur vanitatum, & con-  
stantia desideret bona. *Ubi thesaurus ibi et animus*, affirman-  
te ipso Salvatore, quotquot ergo coelestem thesaurum  
magnificiūt, contemptis caducis orbis quisquiliis cœle-  
stia affectant, & ex cordis abundantia cœlestes pandunt  
promuntq; locutiones, neq; desideria cessant prius,  
quam votorum compotes fuerint redditi. Illa verò felici-  
tatis humanæ non infima est portio, si mens divinitus  
informata adeo stabilatur, ut missa faciat evanescentia  
mundi bona, & naturæ ebullienti spirituali motu vim  
inferat, neq; laxet fræna quibusvis cupiditatibus insur-  
gentibus, sed ardore Spiritus rebellantes supprimat, ut  
conscientia serenetur, & exclusis tandem intus forisq; ob-  
iectis mundanis ad patriæ cœlestis portum pertingat.  
Hujusmodi desideria sacra quoq; mentem *Marrone Lau-*  
*dans*

datissima MAGDALENÆ Lafrenzen / cui hodie justa ex-  
solvimus, inflamarunt ut peritæsa ulterioris mundanæ  
commorationis anxie appeteret placidioræ ex qual-  
ido hoc mundi ergastulo emigrationem, quam etiam pro-  
nutu sat feliciter obtinuit. Sed hanc emigrationem  
antequam delineaturus sumus, operæ fuerit præium re-  
censere, quo tempore, quibusve edita Parentibus hunc  
orbem primitus immigraverit. Vitalem lucem PRENTISSI-  
MA FEMINA MAGDALENA Lafrenzen aspexit Anno mil-  
lesimo, quingentesimo, octuagesimo septimo, illo ipso  
die qui B. Martino sacer est, Patrem venerata fuit.  
Virum Honestissimum & Integerimum MICHAEL-  
LEM Lafrenzen / Civem & Negotiatorem in hac urbe  
quondam industrium, Matrem vero TILSAM  
Schmiedes / Matronam Honestissimam. Sub Paren-  
tum disciplinâ cum pietatem, sedulitatem, rei fami-  
iliaris prudentiam, cœterasq; sexum muliebrem conde-  
centes virtutes imbuisset animo, & jam matura esset.  
Virgo, fœdere connubiali juncta fuit Civi Optimo,  
MARTINO Brosten/Cerevisario Rostochiensi In-  
tegerissimo, cum eo vixit summâ concordiâ, fœcundita-  
te tamen caruit prius illud conjugium, neq; liberorum,  
quicquam suscepsum est, neq; satis fuit diuturnum, nam-  
que ultra annos quatuordecim haud extendebatur, An-  
no etenim decimo septimo hujus sæculi fatis concessit  
Maritus conjunctissimus, quo emortuo vidua mansit,  
non sc̄x vel septem menses (qui modernorum quoru-  
dam mos nunquam satis detestabilis meritò carpitur ab  
universis decori & æqui sectoribus) sed integras se-  
ptem annos. Postea votis secundis se junxit Viro Ex-  
perientissimo, & Excellentissimo Dn. JOHANNI  
BAGMEISTERO, Medicinae Doctori & Profes-

A 3

sori

fori in hac Universitate per annos complures celeber-  
rimo, Facultatis Medicæ Seniori optimè merito, atq;  
ex eo suscepit liberos duos, Filium quidem unicum,  
Politissimum & Litteratissimum Juvenem JOHAN-  
NEM BAC MEISTER U M Theologici Studii  
Cultorem industrium. Filiam quoq; unam, Fœminam  
Lectissimam & Ornatissimam MAGDALENAM,  
quæ nupsit Integerrimo Viro JOACHIMO Schulzen  
Cerevisario, & Civi apud nos laudato, ex quo conju-  
gio Macarites nostra nepotes non absq; singulari men-  
tis recreatione vidit numerò quatuor, quos impense  
singulos amavit. Sed neq; alterum hoc matrimonium  
ad prolixam annorum seriem fuit extensum, cum ete-  
nim sexennium excessisset, vivorum itidem renuncia-  
vit ordini laudatus Senior Experientissimus, & mæren-  
ti Viduæ magnum sui reliquit desiderium. Post ejus  
obitum continuè Viduarum catervam adauxit, & an-  
nos propemodum viginti tres in luctu Viduis perquam  
familiari, & nimis quotidiano transegit. Rem familia-  
rem post discessum Mariti desideratissimi primitus qui-  
dem in propriis instruxit ædibus, ac inter bellorum  
turbas & tumultus suas etiam experta fuit molestias sa-  
tis copiosas, quas nihilominus in ætate senili tolera-  
moles, & reliquæ difficultates hanc Matronam ætate &  
ærumnis confectam jactarent, & animum arctarent  
sæpiissimè, consultum fore rata fuit, ut sepositâ fami-  
liae instruendæ curâ & sarcinâ ad Fratrem concederet,  
atq; adeo ad ædes Viri Spectatissimi & Prudentissimi  
Dn. MICHAELIS Lafrenzen / Reipublicæ Rosto-  
chensis Senatoris bene merentis, Fratris sui germani  
& conjunctissimi migravit, à quo humanissimè & aman-  
tissimè

ter excepta est, vixitq; non cum illo solum, sed quoq;  
cum Uxore ejusdem JOHANNA Backmeisters Le-  
ctissimâ & Pudicissimâ Fœmina, Privigna sua charissimâ  
concorditer, & per septennium integrum, neq; ulla un-  
quam rixarum & contentionum amarulentra animos  
distraxit, comis enim erat, & sedata, qua cum cuivis  
conversari licebat absq; bile & molestia. Vidua cùm  
iterato faeta esset, neq; per septenium dunta xat, uti an-  
te hac, sed ultra ipsos viginti annos durissimam mœ-  
roris sarcinam experiretur, impigram navavit operam,  
ut virtutibus istum cœtum condecorantibus fese omni-  
bus commendaret, quocirca pietatis potissimum, & tem-  
perantiae studiosissima fuit. Seniores etenim quam ma-  
xime decet non-interrupta devotio, ut sacris intersint  
cultibus, cum cana senectus accelerantis mortis prodro-  
mus sit certissimus: Juvenum n. officiū imperat ut labo-  
rent, Virorum ut consultent, Sēnum verò in utroq;  
sexu, ut orent, animamq; mox abituram testentur. Neq;  
hæc unquam Deo displicere poterit devotio, & sacri-  
cium precum, quantumvis à canis capitibus offera-  
tur, & manibus sæpe tremulis. Papicolarum quidem  
vana somnia sunt, & in propriis eorundem cerebellis  
cocta dogmata, dum asserunt, quod virginitas cente-  
simas capiat, viduitas sexagesimas, conjugium verò  
vix tricesimas, sive quod virginitas coronam nanci-  
scatur auream, Viduitas argenteam, cum conjugium po-  
ne sequatur in pileo stramineo; sed revera ridiculi sunt  
cum suis istis ridiculis commentis, quasi non liceat in  
statu quoconq; incontaminatâ vivere conscientia; utiq;  
conjugium cum sit institutio cælestis nullum efficier  
Deo exosum, neq; virginitas vel viduitas ullam con-  
feret prærogativam, qui enim conjugii idem & vi-  
dui-

duitatis autor est, dum Maritos avocat; quapropter ve-  
sanæ proximum est, certo statui singulare præ reliquis  
assignare meritum. Sed de ultimo Defunctæ Matronæ  
exitu reliqua artexamus, quamvis annos non exiguos  
antehac cum infirmitate collectans transegerit, illum-  
tamen quem nuper exorsi sumus currentem, sibi ob va-  
letudinem minus firmam habuit adversum, nam cū ipso  
exordio malignitas quoq; morbi impetum fecit, quæ  
tandem illam lecto affixit; cum verò ultimum vitæ ter-  
minum imminere persenticeret, ante omnia procu-  
ravit animam salutifero Cœnæ Dominicæ viatico as-  
sumto; quicquid verò deinceps temporis durante mor-  
bo reliquum erat, omne suspiriis piis, devotisq; desti-  
navit precibus, ac Salvatori suo, cuius merito niteba-  
tur constantissimè, thesaurum animæ arctissimè con-  
credidit; Imprimis sacrum Psalmistæ desiderium subin-  
de iteravit, animam scilicet instar sitibundi cervi cæle-  
stia sitire, & divinum anhelare conspectum; mox an-  
gustias animam circumvallare conquesta salutarem Je-  
hovæ liberationem sollicitavit, atq; tandem voti com-  
pos redditæ die XXVII. Febr. inter V. & VI. a-  
stante atq; sacras Meditationes moribundæ suggerente  
Privigna Fratrisq; Conjuge præchara (quas preces non  
ore duntaxat repetebat, sed revocabat quoq; ad ani-  
mum) placidissime in Christo exspirans discelsit annos  
nata LXVI.

Horâ i. Exuviae Matronæ pie denatæ effe-  
rentur, quas ut officio frequenti Cives Academicæ  
prosequantur, amanter & sedulò contendimus.

P.P. Rostochij die 3. Martij

Anno 1653.

Conveniens fuit in Templo D. Jacobi.

6(0)90



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771917163/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771917163/phys_0013)




GK





ter excepta est, vixitq; non cum  
 cum uxore ejusdem JOHAN  
 Etissimā & Pudicissimā Fœmina, E  
 concorditer, & per septennium i  
 quam rixarum & contentionum  
 distraxit, comis enim erat, & se  
 conversari licebat absq; bile &  
 iteratō facta esset, neq; per septen  
 nac, sed ultra ipsos viginti an  
 toris sarcinam experiretur, impig  
 ut virtutibus istum cœtum conde  
 bus commendaret, quocirca pietat  
 perantiae studiofissima fuit. Senio  
 ximē decet non-interrupta devot  
 cultibus, cum cana senectus accele  
 mus sit certissimus: Juvenum n. of  
 rent, Virorum ut consultent, Se  
 sexu, ut orent, animamq; mox abit  
 hæc unquam Deo displicere poteri  
 cium precum, quantumvis à can  
 tur, & manibus sæpe tremulis. R  
 vana somnia sunt, & in propriis  
 cocta dogmata, dum asserunt, qu  
 simas capiat, viduitas sexagesima  
 vix tricesimas, sive quod virginii  
 scatur auream, Viduitas argenteam  
 ne sequatur in pileo stramineo; se  
 cum suis istis ridiculis commentis,  
 statu quoconq; incontaminatà vive  
 conjugium cum sit institutio cæte  
 Deo exosum, neq; virginitas vel  
 feret prærogativam, qui enim c



the scale towards document

sed quoq;  
 leisters Le  
 charissimā  
 q; ulla un  
 ira animos  
 cum cuivis  
 idua cum  
 kat, uti an  
 nam mœ  
 it operam,  
 ese omni  
 m, & tem  
 quam ma  
 s interfint  
 is prodro  
 at ut labo  
 in utroq;  
 tur. Neq;  
 & sacrifi  
 is offera  
 i quidem  
 cerebellis  
 as cente  
 rum verò  
 n. nanci  
 gium po  
 iculi sunt  
 liceat in  
 tiā; utiq;  
 efficier  
 am con  
 m & vi  
 dui-